Vlcis amica ueni noctis solatia prestans
Inter aues et cum nulla tibi similis
Tu philomena potes uocum discrimina mille
Mille modis uarios tute referre modos
Namquis uolucres alie modulamina tentent
Nulla potest modulis equiparare tuis
Insuper est auium spaciis garrire diurnis
Tu cantare simul nocte dieq; potes
Parus enim quis per noctem tempet ore
Sed sua uox illi uera placere potest
Dulce palara sonat quam dicunt nomine clostam
Sed fugiente die illa quieta silet
Et merolus modulos tam pulcros detiet oddis
Vere calente nouos componit acredula cantus
Mutit iemali tempore iure silens
Dum turdus turculat sturnus tunc pulsitat ore
Sed quod mane canunt uespere non recolunt
Cacabat perdix hinc et cracitat improbus anser
Et castus turtur atq; palumba gemunt
Pausitat arborea clamans de fronde pt palumbes
In fluuiisq; natans fonte retrinit anas
Grus gruit ingeumis cigni prope flumina densat
Accipitres pipant miluus hians q; lipit
Cucurrire solet galus gallina gracilat
Pampulat et pauo crinsat irundo uaga
Dum clangunt aquile uultur pulpare probat
Et crocitat coruus stringulit et graculus
Glocorat immenso moerens ciconia rostro
Pessimus & passer tristia nota canit
Psitharus humanas testatur uoce querelas
Atq; suo dño chere sonat ue uale.
Nocte ruente tamen carmina nulla canit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_910/0233
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG